



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1708

Quæstio XLVI. In Titul. XLVI. De Observatione Jejuniorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

QUÆSTIO XLVI.

IN TITUL. XLVI. DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

3651 **T**itulus iste tribus Capitulis constat.
In. 1. continet dubium, Innocentio III. propositum à Clericis
S. Petri Magol. utrum, si Nativitatem Domini, vel assumptionem B.
Mariae, vel festivitatem alicujus Apostolorum, in secunda Feria contigerit evenire,
die Sabbati præcedentis Vigilia debeat
jejunari? Secundò, an in Vigilia B. Matthiae Apostoli sit jejunium injungendum?
Ad quod Innocentius, breviter, inquit,
respondemus, quod die Sabbati festivitates
prælibatas secunda Feria præcedentis, &
B. Matthiae Apostoli debet Vigilia jejunari.

Deinde in c. Explicari. 3. codem,
Pragensis Episcopus ab Honorio III. peti-
vit explicari, an, se Festum Nativitatis
Dominii occurras Feria VI. licitum sit omni-
bus, carnes comedere? respondit Pontifex;
quod illi, qui nec voto, nec regulari Ob-
servantia sunt astricti in Feria sexta, si Fe-
stum Nativitatis Dominicæ die ipso venire
contigerit, carnis propter Festi excellen-
tiam vesci possunt, secundum consuetudinem
Ecclæ Generalis, nec tamen hi repreben-
dendi sunt, qui ob devotionem voluerint
abstinere.

3652 Demum Archi-Episcopo Bracharensi
super quibusdam Innocentium III. requiri-
renti (videlicet, utrum in omnibus sit Apo-
stolorum Vigiliis jejunandum? cum quidam
asserant non esse jejunandum in omnibus,
sed sextantum; verum etiam jejunandum
sit in Adventu Domini, cum inde sen-
tiant diversi diversa: quibusdam dicenti-
bus, sed paucioribus jejunandum esetunc
temporis; pluribus vero, se ad hoc asse-
rentibus non teneri. Utrum insuper, se
Festum illorum, quorum Vigilias jeju-
namus, secunda Feria evenire contingat, in
præcedenti Sabbato sint Vigilia facienda)
respondit Pontifex. 1. quod omnium
Apostolorum Vigilæ sunt in observatio-
ne jejunii celebrandæ, præter Vigilias

Tom. III.

Apostolorum *Philippi & Jacobi, & B.*
Joannis Evangelistæ, quoniam ipsorum
solemnitas, intra solemnitatem Pascha-
lem, istius autem, intra Natalem Domini
celebratur. 2. Quod jejunium etiam in
Adventu Domini apud suos agatur. 3.
Quod Sanctorum quoque Vigilæ, quo-
rum Festivitates oportet secunda Feria ce-
lebrati, in præcedenti sunt Sabbato jeju-
nanda. 4. Festivitatem Bartholomæi
Apostoli, de cuius celebratione dubietas
erat apud quosdam esse celebrandum, se-
cundum consuetudinem regionis. 5. Eos,
qui diebus quadragesimalibus, tempore,
quo tantæ famis inedia ingruebat, quod
magna pars populi, propter inopiam an-
nonæ periret, carnes comedere sunt coa-
cti, in tali articulo non esse puniendos;
preces tamen Domino pro illis, & cum
illis effundendas, ne ipsis aliquatenus im-
putetur: quia bonarum mentiuntur est, ibi ti-
mere culpam, ubi culpa minime reperitur.

Inter alias questiones etiam erat. 1. 3653
quid dicendum de illis, qui in Sabbato jux-
ta terrarum consuetudinem aliarum,
propter debilitatem, quam in se sentiunt,
carnes sumunt, quod in partibus tuis
nullatenus fieri confuevit, cum hoc ab
aliis molestè feratur, & oriatur in illis
occasio detrahendi. 2. Quid de illis,
qui in Quadragesima, vel in aliis jejunis
solemnibus infirmitur, petunt sibi estum
carnium indulgeri, quorum quidam pro-
mittunt, propter hoc eleemosynam se
facturos, quidam vero propter necessita-
tem infirmitatis urgentis hoc à te sibi
quasi ex debito, concedendum requi-
runt. Ad 1. respondit Innocentius, quod
super sua consuetudinem regionis facias ob-
servari, sic tamen, quod debilibus, &
infirmis propter hoc periculum non
emergat. Ad 2. Cum non subjaceat le-
gi necessitas, desiderium infirmorum,
cum urgens necessitas exigit, supportare
PPP PP 2 potes,

potes & debes, ut majus in eis periculum evitetur.

3654. Ex his canonibus, qui per se satis clari sunt, not. 1. etsi in c. 1. dicatur *si contin-
gat occurrere in feria 2. festa inibi expressa,* die sabbati precedenti jejuniū vigiliā celebrandū esse, hoc tamen non restrin-
gi ad illa tantum festa; sed etiam alia ibi non expressa, quorum vigilia cum jejuniū celebratur, ut patet ex usu Ecclesie, id-
que propter festivitatem diei Dominicæ & laetitiae resurrectionis Dominicæ quæ in eo celebratur; quam rationem expressit Cassianus collat. 21 cap. 20. ibi: *Diem Do-
minicam custodiamus, in qua majora no-
stri, nec jejuniū agendum, nec genu esse
fletendum, ob reverentiam resurrectionis
Dominicae, tradiderunt*, & D. Thomas 2. 2. q. 147. à 5. ad 3. ubi ait: *Jejunia,
qua præcepto Ecclesia instituuntur, cum sint
magis jejunia afflictionis, quam exultatio-
nis, non conveniunt in diebus letitiae.*

3655. Not. 2. ex hoc textu habetur qui-
dem, etiam *S. Matthia Apostoli debere vi-
giliam jejunari*, non tamen prohiberi, quo minus ex iusta & gravi causa trans-
ferri possit in diem opportunum, ut do-
cent complures; id, quod in pluribus quoque diecēsibus ab Ordinariis factum est. Quod autem dicitur *de jejunio in Adventu*, olim tenebat apud Romanos; hodie autem solos nonnullos Monachos, & Religiosos solum hujusmodi jejuniū mansit, qui partim propriis institutis, partim usu, & more id retinuerunt; sic Azor p. 1. l. 7. c. 27. (alias 16.) q. 3.

3656. Not. 3. vigilias festivitatum. S. Philippi & Jacobi, uti & S. Joannis Evangelistæ, non jejunari; illas, quia infra festivitatem Paschalem; istam, quia infra Natalem Domini, celebrantur; nam tempore Paschali (sicut nec diebus dominicis) non jejunatur, ut dicitur c. *Scire debet* 8. §. *instar. dist. 76.* ibi: *instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierum cur-
ricula celebrantur, & omnes isti dies, ve-
lut dominici deputantur; & c. post Pa-
scha 10. dist. ead. quorum illud est S. Ambrosii; istud, Isidori.*

3657. Dices: in c. *statutus*. 4. dist. ead. **Urbanus** Pontifex statuit, ut jejunia quatuor temporum ita per annum distribuantur, ut primum initio Quadragesimæ; secundum in hebdomada Pentecostes;

tertium in mense Septembri; quartum in Decembri, more solito fiat: *Ex Azor
tom. 1. l. 2. c. 27.* Fagundez in 4. præcept. Eccl. c. 5. & aliis, tempus illud Paschale jejunare non licet. Nam respondendum est, tempus illud Paschale, intra quod jejunare non licet, computari à Pascha Resurrectionis usque ad Pentecosten. Unde post Pentecosten etiam in ipsa hebdomada jejunari potest, cùm jam non dicatur *tempus Paschale*.

Not. 4. in casu, quo festum Nativi-
tatis Domini occurrit feria 6. omnes lici-
tè posse vesci carnis, qui *aliunde, quam
lege Ecclesie, (puta, voto vel professo-
ne) non sunt prohibiti*, ut habetur c. *fin.
b. t.* quo habetur, quod absolue vovens non comedere carnes *die venie*, & si postea in ea eveniat festum nativitatis Domini, teneatur ea die a carnis abstinere, & ita per hunc textum docent Sylvester. V. *jejunium n. 10.* Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 18. t. 20. n. 290. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 20. n. 7. Portel. in addit. ad dubia Regul. V. *jejunium n. 9.* Videtur tamen hoc accipiendum de voto non comedendi carnes generaliter facto, non autem spe-
cialiter, nimirum ullis sextis feriis, quibus alias de jure non licet; sic enim sub-
tali voto non veniret feria sexta, qua oc-
currit Natalis Domini, de quo V. Sanchez in decalog. l. 4. c. 11. n. 61.

Quæstio est, an Laicus, qui ex voto³⁶⁹ vel Regularis, qui ex professione, vel vi observantia regulari, aut statuti, tenetur abstinere ab esu carnium quolibet die Veneris, seu feria sexta, peccet solum contra vorum, vel observantiam regularem, aut statutum, si tali die, occurrente in eo Natali Domini, carnis vescatur? affirmativam tradi à pluribus apud Barbos. in dict. c. *fin. b. t. n. 3.* quia Pontifex in præsenti cum omnibus fidelibus in ea prohibitione dispensat, relicta sola voti, vel statuti Regularis obligatione. Unde sublata juris prohibitione per hunc tex-
tum in ea, quæ remanet, ratione Re-
gularis observantia, poterit Prelatus Re-
ligionis dispensare cum suo subdito in esu
carnium in sexta feria, si sit Natalis Do-
mini, ut resolvunt Sæ dict. V. *jejunium
n. 6.* Fr. Emmann. qq. Regul. tom. 3. q. 45.
à 3. Thom. Sanchez tom. 1. L. 4. c. 11.
n. 61.

n. 63. & alii. Ad extremum nota, festo
Natalis Domini plura olim fuisse annexa
præter elum carnis, de quo diximus, ut
vi. scri potest apud Gonzalez in dict. c. fin.
h. t. n. 3. ut est celebratio trium Missarum
computus annorum deinceps, &c.

QUÆSTIO XLVII.

IN TIT. XLVII. DE PURIFICATIONE POSTPARTUM.

3660 **H**ic titulus constat c. Unico, in quo
habetur quæstio, Innocentio III.
ab Armachano Episcopo pro-
posita, per quantum tempus mu-
lieres post partum ab ingressu templi abstine-
re debeant? cum secundum legem Moysi-
cam certi dies deputati fuerint, quibus
ingredi templum non poterant; cui re-
spondit Pontifex: quod, postquam umbra
legis evanuit, & illuxit veritas Evangelii:
Si mulieres, post prolem emissam, actura
gratias, Ecclesiam intrare voluerint, nul-
la prouide peccati mole gravantur, nec Ec-
clesiarum est eis aditus denegandus: ne
pœna illis converti videatur in culpam. Si
tamen ex veneratione voluerint aliquandiu
abstinere, devotionem earum non credimus
improbandam.

3661 Potissimum, quod hic not. est, in
antiqua lege fuisse quædam præcepta *me-
re ceremonialia*, quædam *judicialia* & ex
illis alia, qua principaliter ordinata erant
ad præfigurandum Christi Adventum, &
mysteria circa illum, *de futuro*, seu tan-
quam *rei nondum factæ*, *sed future*; alia
vero solum ad aliquam devotionem, ri-
tum, ac ornatum sacrificiorum, qualia
sunt, quæ pertinebant ad vestimenta Sa-
cerdotum, altaria, vasa &c.

Not. 2. præcepta tam *ceremonialia*,

quædam *judicialia* legis veteris, jam esse
evacuata, hoc est non amplius obligare in
vi, quæ pollebant, ante legem gratiæ per
Christum; quædam tamen ex illis esse
mortifera, hoc est citra peccatum nunc
observari non posse, cum contineant op-
posita sacra fidei, quod Christus nondum
venerit, cujus contrarium Christianæ fidei
certum est; reliqua vero, posse observa-
ri, non quod ipsa ligent in vi legis anti-
quæ (sic enim mortua sunt, ut diximus)
non tamen esse mortifera, hoc est, posse à
Fidelibus observari citra peccatum, ut est
Purificatio post partum, oblationes deci-
matum, &c.

Not. 3. Per legem veterem intelligi, 3662
legem scriptam, olim latam à DEO per
Moysen; continebata autem præcepta tri-
plicis generis nempe *ceremonialia*, quæ
erant de rebus sacris ad divinum cultum
pertinentibus; *Judicialia*, quæ erant de
rebus civilibus ad rectam populi admini-
strationem spectantibus; *Moralia*, quæ
erant ad singulorum mores, juxta ratio-
nis ductum componendos. Unde, cum
dicitur, *evacuatam esse legem veterem*, &
morta ejus præcepta, intelligitur de pri-
mis duobus, non autem *moralibus*, in
quantum continent naturæ legem, seu
præcepta naturalia.